Facis mihi (vt tua dixerim pace) nō mediocrem iniuriā. qui tua cauſa ludere videoꝛ· viꝝ optimū mihi amiciſſimum / cꝰ fide ꝛ beniuolencia / habeo exploꝛacius nihil. Id igitur qꝺ non partim ſolum / ſed oꝛaui ꝛ obſecraui vice plurima / rurſus oꝛo ꝛ obſecro pꝛofundiſſima pꝛece / vt dictū librum (qui pꝛope iam annum tecū fuit) pꝛope diem ad me des. vt eūdez tandem remittam ad dn̄m. Nō adduci poſſum vt facile credā hūc libꝝ ita coniectuz eternas in tenebꝛas vt nequeat vnq̄z in luce reſurgere. Facfac mox domū redeat ne domini oblitus ſit. ꝙ ſi tardarit extrude. redeatqꝫ celerius quo exiuit tardius. Neqꝫ moꝛa ſit vlla / quin mox aſſit vel inuitus. Uale in eo valencius / quo mutuū amoꝛē noſtrum foꝛcioꝛi nexu cō ſtrixeris. ex pariſius februarij ſeptima raptius q̄z manꝰ vlla abſtrahitur igni

Conqueſtum eſt quod plus diuicijs q̄z amicicie tribuatur. cuz credēcia ꝛ petiōe iuuamis

Salutes iocundiſſimas / eaſqꝫ q̄z plurimas. Neſcio quid audio (amice dilecte) te ad rem nummariam factum paulo auidiuſculum / q̄z ſoleas. quo vereri incipio. te querende pecūie magis / q̄z colende amicicie factum eſſe ſtudioſum Hincqꝫ tuum exoꝛtum eſſe ſilencium qui dum vi nummoꝛum obꝛuerī amicicie noſtre videaris oblitus. Sed hec miſſa facio. Ueīt ad te meo nomine vicinus meus / has qui perfert. vir q̇dem optimus / idemqꝫ doctiſſimus. Quecūqꝫ igitur verbis meis tibi expoſiturus eſt. ea (velim) non ſecus accipias. q̄z ſi ex oꝛe / aꝛeſentis mei / emiſſa audieris Quia ergo non pecuniā ſed tuaz operam peto. nihil eſt ꝙ de tua ſingulari in me benignitate ſubdubitem. qui ſemper in me animo beniuolo fuiſti. et perbenigno. Niſi foꝛſan aduocatoꝝ moꝛe / operam quoqꝫ venalem pꝛoponas. Sed amicia / virtus non queſtus eſt / q nō pecunia ꝯparatur. ſed gracia. Sed ꝓmiſſio ioco / hic diligencia opus eſt fide ꝛ taciturnitate. omnia pꝛo tua pꝛudēcia pꝛeſtabis qui es vnus omnium diligentiſſimus / pꝛeſertim his in rebus que amicoꝛum interſunt. Uale feliciter. ꝛ ſi q̇d in meeē animadūteris quod vſui tibi aliquando futuruz putes. id omne tibi debitum deditumqꝫ intellige. Scriptū lenis arundinis / leuiſſimo curſu / marcij luce vltia